


296



294

300

necessitate in confusione vulgi manere. In his autem locis sunt communiter alemanni lenones hospites, qui ad ingressum honestorum hominum removent inhonesta et turpia.

290

Tertium detestabile est potestas Judaeorum, qui in prima mea peregrinatione erant apothecarii in optimis et ditissimis apothecis. Est enim insula illa multorum aromatum fluitiva, et ex Aegypto et Africa et Arabia in eam deferuntur aromata, ideo habet opulentas apothecas, ex quibusque materiam recipiunt apothecarii quasi totius Europae, et illam ministrant Judaei, quod est contra quod habetur in Can. 28. q. 1. C.: Nullus communicet cum Judaeo in mensa, in balneo, in medicinis.

305

Quartum detestabile est et nimis odibile Turcorum quotidiana commoratio et communicatio; ex eo namque tempore, quo Veneti foedus cum Turcis inierunt, patet illis liber aditus ad omnia loca fidelia Venetis subdita, et mercantur cum Christianis sicut cum suis, et quandoque contrahunt matrimonia contra canones, quibus subpoena excommunicationis prohibetur, ne Christianus carnaliter non Christianam cognoscat, nec infideli commercio commisceatur 28. q. 1. C.: Si quis. Sunt autem Turci in insula illa tam bene visi, quod eligilius est offendere potentem Christianum, quam vilem Turcum. Unde quadam vice contigit tribus Turcis pertransiuntibus domum nostram, quandam militem de nostris (b) derisionem eis facere et marras eos nominare, quo auditio compescuit hospes militem dicens, si praefecto constaret, militem in vincula jactaret, et vehementer hospes timuit, ne Turci praefecto dicerent. Quam detestabilis autem sit illa Turcorum confoederatio et Christianorum, patet ex lamentabili casu, qui contigit nobis Cretae existentibus in mea prima evagatione. Cum enim Turci a Rhodo essent depulsi, ad aliqualem vindictam sumendum a Christianis cum aliquibus armatis navibus in Apuliam applicuerunt et improvise irruentes omnia inventa diripuerunt, praedam magnam abducentes et duas naves cum captiis juvenibus utriusque sexus. Una autem de illis navibus non erat bona, et timebant Turci de submersione suae praedae, quapropter Cretam appulit navis illa, petentes aliam navem securam a Cretensibus, concessaque est eis navis, et gubernator ad educendum Christianos de finibus Christianorum ad locum infidelium et crudelium Turcorum, omnino non curantes gravissimam

285

345

245

395

195

Ende

Anfang